

Ca. XX. A mo vitandus est. Summa tibi sciētia sit, notitia summa, vitia virtutesque distinguere. Quae quāquam semper contraria sibi sint, aliqua tamen ex eis tanta iunguntur similitudine ut discerni omnino vix possint. Quam multi enim superbiam libertatis loco ducunt, adulationem pro humilitate suscipiunt, malitiam prudentiae amplectuntur vice, & stultitiae simplicitatis nomen imponunt, atque fallaci ac pessima decepti similitudine, vitis pro virtutibus gloriantur? Et quāquam haec omnia subtilissima intelligentia debeas separare, cunctasque virtutes cum suis lineis insequendo nusquam prorsus abscedere, praecipue tamē sciam humilitatem fugiens, illam sectare quae vera est quam Christus docuit humilitatem, in qua non sit superbia inclusa. Multi enim huius virtutis umbram, veritatem eius sequitur pauci. Per facile est enim aliquā vestem habere contemptam, salutare submissius, manus & genua deosculari, inclinatio in terram capite oculisque deiectis humilitatem ac mansuetudinē polliceri, lenta voce tenuisque sermones infringere, suspirare crebrius, & ad omne verbum peccatorem ac miserum se clamare, & si vel leui sermone offensus sit, continuo attollere supercilium, leuare ceruicem, & delicatū illum oris sonū in sano repente clamore mutare. Aliam nos humilitatem Christus docuit, qui nos ad exemplum suum **Matt. II.** hortatur dicens: Discite a me, quia mitis sum & humilis corde. **1. Petri. I.** Quis cum malediceretur non maledicebat, cum pateretur non comminabatur. **1. Petri. 3.** Quā nobis humilitatem beat? Petrus insinuat. Misericordes, inquit, & humiles non reddentes malū pro malo, nec maledictum pro maledicto. Auferantur oīa figmenta verborum, cessent simulati gestus, & ante occasionē sermoplacidus. Verum humilē patientia ostendit iniuriarum. Nullus ergo vnquam in mente tua vilius sit vitis locus, nihil in te superbum, nihil arrogans, nihil in te fastidiosum. Apud deum non est quicquam humilitate sublimius. Ipse loquitur per Prophetam. Super quem alium respiciam nisi super humilē & quietum & tremementem sermones meos? Et nunquam iram exardescat animus, quod est seminarium odij. Tantus metem tuam repleat timor dei ut indignari omnino non audeas, & iram metu vincas. Beatus Apostolus mundans animā nostram, eamque in habitaculum dei praeparās, clamat & dicit: Omnis amaritudo & ira & indignatio & clamor & blasphemia auferatur a vobis cum omni malitia. **Caput XXI.** Adulatores ut inimicos caue, quorum sermones super oleum molles, & ipsi sunt iacula. Corrupti sunt fidei laudibus leues aīas, & male credulis mentibus blandum vulnus infigunt. Creuit hoc in nostra etate vitium, & in vltimo fine stetit, nec augeri potest: in hac omnes nos scholam studiumque dedimus, ut officium putemus illudere, quodque ipsi ab alijs libeter accipiunt, id alijs quasi quoddam munus offerimus: & spe recipiendae laudis, eos a quibus laudari volumus, antelaudamus. Sepe adulantium resistimus verbis ad faciem, & in secreto mentis fauemus, maximumque fructum cepisse nos ducimus si vel fictis laudibus praedicamur. Nec cogitamus quid ipsi simus, sed quid alteris esse videamur. Vnde eo productus est, ut neglecta veritate meriti de sola opinione curemus, qui testimonium vitae nostrae non a conscientia nostra, sed a fama petimus. Beata mens est quae perfecte hoc vitium vincit, nec adulationem aliquando, nec adulanti credit, quae nec decipit alterum, nec ipsa decipitur: tantumque hoc malum nec facit aliquando nec patitur. Nihil vnquam in te fictum sit, nihil omnino fucatum. Consentiam tuam, quae certe deo semper patet, in multitudine versari puta. Nunquam aliud corde, aliud ore praetendas. Quicquid pudet dicere, pudeat etiam cogitare. Illud vero notum iam omnibus, atque diuulgatum est, quam vitis quamque huic proposito necessaria est iei-

uniorum & abstinentiae virtus, maxime in his annis, **D** in quibus corpori maior aestus inest. Non māducare itaque carnem, neque bibere vinum, apostolica voce laudatum est. Quicquid illud quod inflammare corpus potest, quod fomētum suggerit voluptati, castitatis amore fugiendum est. Nec tamen ita magno huius rei labore grauare te volumus, ut sub ipso statim onere succubas: per quod multi dum nimio ferore mentis rationem suam virium non haberent, subito conciderunt, & penē ante debilitatem, quam sanctitatem de proposito suo consecuti sunt. Optimus est in omni re modus, & laudabilis ubique mensura. Corpus non frangendum sed regendum est. Sint ergo moderata & sancta, simplicita in omni mentis humilitate ieiunia, quae ita attenuent corpus ne animū eleuent, ne res humilitatis gignat superbiam, & vitia de virtute nascentur. Ego, inquit, cum mihi molesti essent, in diebus cibis, & humiliabam in ieiunio animam meam. Vestis abiectio, cibi vilitas, ieiunij lassitudo, extinguere debent non nutrire superbiam. Quis rem medicinē vulnus faciat, & inde sanā dāt quoque vnde iacta curanda sunt? Aut quae supererit spes salutis, si ista animae remedia ipsa sint venena? Laborem ieiunij tui misericordiae opera commendent, & abstinentia tua pauperum refectio sit gratior. Dominus loquitur per Prophetam, Misericordia volo & non sacrificium. In Evangelio Christi verba legimus, Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Sed quae so hanc curā vitae tuae auiam materque faciant: illae has partes pro te agant, illae thesaurum tuum in coelum leuent. Illarū sit elurientes alere cibo, vestire nudos, visitare infirmos, peregrinos testō suscipere, & aeternae praemij Christo in pauperibus facerari, qui dixit: Quodcumque fecistis vni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Tibi vero maxime dum in proposito maturescat animus, ab omnibus occupationibus recedendum est, & omne studium omnique cura in ornandis moribus exhibenda. Quibus ita vacare debes, & totā occupare mentem, ut non diuitem te sentias esse, nec dominā nobilitatis ad hoc tantum memineris, ut cum claritate generis, mori sanctitate contendas, & cum nobilitate corporis, animi virtute nobiliter proficias, magisque illa nobilitate glorieris, quae filios dei & coheredes Christi facit. Ad quam si semper inspicias, dum credis gaudium te habere quod maius est, desinis de eo quod minus est gloriarī. Omnis ista praeclari generis dignitas & illustis auti sanguinis decus ad animam transferatur. Ille clarus, ille sublimis, ille sit nobilis: ille tunc integram nobilitatem suā seruare se putet, si dedignetur seruire vitis ab eisque non superari. A quo enim quis superatur, huius & seruus est. Quid enim hac seruitute animi indignum, quidve turpius, quam cum in eo aut dominatur odium, aut regnat inuidia: quam cum eum aut avaritia possidet, aut captum ira tenet, vel certe caetera sibi vitia vendicant? Non est quod sibi aliquis de nobilitate gaudis blandiatur, si ex meliore parte sit famulus. Multo est indignum, mēte seruire quod corpore. Superfluum arbitror te monere, quod parca in peccato debeas esse, quod rara, cum te hoc etiam secularis abstinentia honestas docuerit, & facile intelligas, id tibi multo magis in hac vita esse seruandum, quam maxime secretū decet. Illud ad moneo, ut ipsis quoque salutationibus quae tibi in cubiculo tuo exhibedae sunt, certissimi modum ponas, non sint nimiae, neque quotidianae, ne non tui officij in quietudine praestare videant. Et quāquam oē vitae tuae tempus diuio debeas operi consecrare, & nullā prorsus horā a spiritali praefectū vacuū esse pueniat, cum tibi in lege domini die ac nocte meditandū sit, debet tibi aliquis esse determinatus & constitutus horarū numerus, quo plenius deo vaces, & qui te ad summam animi intentionem velut quadam lege contineat. Optimum

Psal. 34.

E

Caput

XXII.

Osee 6.

Matth. 5.

Mat. 23.

F

2. Petri. 2.

Caput

XXIII.

Psal. 1.